

istius Regulæ attente confidera, quod tradita fuit à Sâctissimo Viro Alberto Patriarcha Jerofolymitano, humiliter fufcepta ad custodiendum, ac gubernandum à Sâctissimo Viro Brocardo tertio generali. Et cum Seraphica Mater Theresia de Jesu cum Sâctissimo Viro Joanne à Cruce, cum de reformatione Religionis agerent, nullam aliam regulam dederunt, nisi ipsam regulam Alberti. Et cum etiam ipsa Seraphica mater Theresia cum Sâctissimo Viro Petro de Alcantara de promotione Religionis agerent eadem in regula persistere. Ecce hæc Regula firmata, ac corroborata est auctoritate quinque Illustrissimorum Sâctorum & non desunt qui eam corrodant, ac vellicare cõtendant ut diminutam, & imperfectam, ac si illi majorem gratiam, & spiritum à Deo accepissent quam illi quinque illustrissimi Sâcti, pro quo tanto spiritu multas referant Deo gratias.

Textus. Et peculiari quodam affectu Beatissimam virginem (cujus colloquitur, ac familiaritate feliciter frui potuerunt) adeo venerari ceperunt, ut primi omnium in co Montis Carmeli loco, ubi Elias olim ascendentem nubeculam Virginis typo insignem conspexerat, eidem purissima Virgini sacellum construxerint.

EXPOSITIO.

198. Cum illi primi Carmelitæ in summa reverentia haberent sacratissimam Virginem mariam exhibitio operis probatio est amoris, eidem purissimæ Virgini sacellum construxerunt ea diligentia ac servitute, qua eo modo potuerunt.

QUÆSTIO. X.

Consideratur summa felicitas eorum, qui digni habiti sunt Sâctissimam Virginem Mariam videre, & audire.

199. Centum millies millium felicissimi, & centum millies millium vestram felicitatem invideo, qui digni habiti fuistis videre Illud magnum miraculum Divina potentia, ut eam appellat D. Amascenus Orat. de Dormit. Virg. nam ut rectè ait D. Amadæus homil. 7. de laudibus B. Virg. Mariæ Mira denique pietate primitiva. Ecclesia provissum est, ut que Deum in carne hac præsentem jam minime cerneret, matrem ejus visu jucundissimo recreata videret; quid enim tam jucundum, quid tam decorum, ac delectabile, quam Matrem Salvatoris, & Redemptoris videre. Cujus præsentia non solum est per jucunda, ac delectabilis hominibus, sed etiâ ipsi Deo, & Angelis, ut revelatum legitur B. Brigittæ ferm. Angelico cap. 13. ubi dicitur: Quemadmodum Deus, & Angeli de ejus anime venustate gloriabantur in Cælis, ita etiam gloriosissima ejus corporis pulchritudo, omnibus eam cernere cupientibus utilis fuit, & consolatoria in terris.

200. Postquam Elias idololatriæ triumphator populum obcæcæum ac per multos annos errantem in adoratione Baal, ad cultum, & venerationem veri, & Divini Numinis adduxit, & ut fides fortius plantata permaneret. 3. Reg. 18. n. 40. Omnes Magistros, & promotores malorum Prophetas Baal interfecit, ut ait D. Basilii homil. 10. de ira, Hoc fecit iusta, sapientique indignatione in populi utilitatem. Ascendit deinde in verticem Carmeli, &

Ecce nubecula parva quasi vestigium hominis a se videbat de mari Ibidem n. 44. in qua tamquam in typo sacratissimam Virginem meruit videre, ut dicitur in lectione, & est communis satis sententia, sed cur modo ad tantam visionem elevarur, quia ait D. Augustinus contra Manichæum, Non tardat Deus reddere mercedem servis suis. Magnum obsequium præstitit Elias Deo, ut populum, errantem, atque idololatræ ad ejus cultum advocaret in eoque firmaret interfectis criminibus auctoribus tam magnum obsequium magna remuneratione exoptabat, quæ valde magna, & sublimis extitit, dũ ipse sublimatur præsentia, ac visione supræma, & omnium Reginæ.

Si pro remuneratione magni obsequii, pro præmio, ac summa felicitate datur Eliæ videre sâctissimam Virginem in typo, exinde considera quantum gratiæ auspiciis sunt asecuti, qui ejus præsentiam videre meruerunt ac ejus colloquii feliciter frui potuerunt, quod bene agnoscebant sodales filia Sion, & ab ea postulabant, Revertere revertere Sunamitis, revertere revertere ut intueamur te, Cantic. 6. n. 12. Non requirunt ab ea dona, bona ac rerum multiplicationem, sed ejus intuitum, & hoc cum magna instantia, ut per quaternas vices repetant, ut notat Justus Orgelitanus, sciebant enim, quod omnium bonorum affluentia ab ejus intuitu dimanabat; sic de Elia dicitur Eccles. 48. n. 11. Beati sunt, qui te vident, & in amicitia tua decorati sunt, quanto majori, altiori, ac potiori jure acclamandi sunt Beati, qui Sâctissimam Virginem viderunt, & ejusque amicitia decorati sunt.

Sacratissima Virgo, Emissiones tua Paradisus malorum punitorum cum pomorum fructibus. Cant. 4. n. 13. Cuncta, quæ à te emanabant, opera, verba, gestus, incessus, odor exhalabant cælestem Paradisum gratiarum, ac divinum donorum, malorum punitorum, explicat Theodoret, summae charitatis rubentis cum unione omnium virtutum, sicut malum punicum multa grana in se complectitur. Unde additur, cum pomorum fructibus. Verba, & opera Virginis redolebant fructus, virtutes, gesta omnium justorum, ac Sâctorum; quæ omnia in B. Virgine, tamquam in compendio recapitulabantur. Unde merito ad illam ait Divinus Spiritus, Sonet vox tua in auribus meis, Vox enim tua dulcis, & facies tua decore. Cant. 2. n. 14. Vox dulcis tam interna orationis, meditationis, ac contemplationis, & externa, quia ejus verba exhalabant quandam divinum, ac latificum odorem, Facies tua decora, ut ait Origen. apud Cornel. Quia in illa, quasi in speculo imaginem suam representatam Sponsus aspiciat. Theodoretus, Eius facies tota expolita cælestium gloriam, ac veluti representabat quandam cælestem beatitudinem. Vel D. Ambrosii ferm. 6. in Psalm. 18. Ostendit faciem suam sicut gnaculum crucis præferens. Eius facies representabat victoriam, ac trophæum, quod Christus sua cruce obtinuit. O supræma omnium felicitas, qui talem vocem audierunt, & talem divinam faciem viderunt.

Merito D. Bernardi, ferm. de Aquæductu, Te dicitur Virgo appellat Solare corpus, quo mundum illuminat, & ad illa verba Amita sole, Apocalyp. 12. n. 1 Richard, de S. Laurentio lib. 15. Sol iste tenebras defugat, cuncta illustrat, ac geminare facit in fructibus, O Sâctissima Virgo splendidior Sole, tua luce tenebras errorum, ac peccatorum depellis, præsentia tua universa illuminas, ac in gratia ac justitia fructus parturire facis.

Quos Sâctissima Virgo Maria aspiciat fer- ventes

Ildeph. ventes in charitate effiebat, ait, D. Ildephus ferm. de 1. Assumpt. Vide Beatam Mariam, quam velut ignis ferrum Spiritus sanctus totâ de coxit, incanduit, & ignis tanto amore Dei, & hominum. Veniens Spiritus sanctus in Virginem totam eam igne divino inflâmavit, reddiditque eam tanquam ferrum ignitu, qui suum calorem non in se cõtinet tantum, sed in circustantes diffundit, & spargit ejus præsentia Virgines creabat, ita ait D. Ambrosii lib. Institut. Virg. sic ait. Beata Maria tamen fuit gratia ut non solum in se Virginitatem servaret, sed etiam his, quos viseret, integritatis insigne conferret de ejus humilitate, modestia, ac mansuetudine audi eloquentem Idiotam, qui ait de ipsa, Cum multa gravitate ejus præsentia schola erat humilitatis, modestiæ, ac mansuetudinis. Schola, in qua omnes discerent, tot tantisque virtutes.

204. A. 208. Maxima expansione dignum est, quod mortuo Sâcto Stephano, ut dicitur Actor. 8. n. 1. Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, que erat Jerofolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Judææ, & Samaria præter Apostolos. Ita ut existimant Dorotheus, & alii, ut ibi retuli q. 1. n. 6. quod in illa die occisi fuerint duo millia, ex his qui Christi nomine dicebantur, præter omnes alios dispersos fugientes per varias regiones, exceptis apostolis, qui fuerant incarcerati, & flagellati, Act. 5. n. 17. & 40. & tamen cum Sacratissima Virgo esset valde cognita, ut Christi mater, Matth. 13. n. 55. nec modo in hac occasione, nec cum stetit apud Crucem, aliquid factum, vel dictum inordinatum, ac incompotitum contra eam actum est, nec in minimo verbo ullam passâ est offensam.

Clamant fodales ad Sacratissimam Virginem Mariam, Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris, Cantic. 4. n. 11. Quænam sunt ista Virginis Mariæ vestimenta? Cassiodorus, S. Gregor, Beda, sunt virtutes externæ, quæ in omnium oculis apparebant, ut modestia, humilitas, verecundia, reverentia, obedientia, mira doctrina in docendo, Sicent odor thuris, cur non alterius, ut balsami? Thus inter omnia aro nata, & maxime dedicatum est Deo, ac tamquam divino cultui pertinens? Inde virtutes, quæ in Sâctissima Virgine relacebant maxime videbantur ad divinum Ordinem pertinere, quam humanum, divinumque odorem ex se exhalabant, unde merito ait D. Amadæus citatus, Quo se revereret, Paradisus erat, sua præsentia virtutum Paradisum plantabat.

Ex quo præclare Dionysius Areopagita cum venisset in Jerusalem ad eam videndam, & cum ad eus præsentiam advenisset exclamavit, Nisi fides me doceret, te ut verum Deum crederem, & adorarem. Tanta ea majestas, ac sublimitas relucebat, ac radiabat.

QUÆSTIO. XI.

Qualiter se habuit Sâctissima Virgo Maria cum suis devotissimis Carmelitis, & ipsi erga eam supræmam Reginam?

207. Constans, ac firma doctrina erat inter filios Eliæ, quod ipse in vertice Carmeli in nubecula parva videret sacratissimam Virginem mariam, eamque summo cultu venerasse, Pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua, 3. Reg. 18. n. 42. ut pote matrem Redemptoris, in ejusque honorem ædiculam ei ædificasse; Hac doctrina educati filii Eliæ paterno quodam affectu æstuant,

ut ipsam Virginem matrem dei viderent, & adorarent. Cum autem advenisset tempus constitutum nostræ salutis & joannes Baptista, & apostoli prædicarent fidem Christi, eorum vocibus filii Eliæ confestim Catholicam fidem sunt amplexati & illico tamquam paterno, ac hereditario impulsu se constituerunt ad osculandos pedes Sacratissimæ Virginis, ut viderent, & adorarent illud magnum miraculum, ut ait D. Amascenus de dormit. Virginis Divina Omnipotentia, quod per tot sæcula magno desiderio flagrabant.

Eosque Sâctissima Virgo tamquam eorum affectibus vicem rependens, materno, ac benevoluntate amore excepit, & ut D. Hieronymus, Canisius, lib. 1. de Virgine inquit, Ipsa est scientiarum illustratrix. Et divus Esophonius ferm. de Assumptione eam appellat Normam, & formam disciplinæ Christianæ. Et ut supræma omnium Doctrix, ac Magistræ suos Eliæ filios in multis, magnisque fidei mysteriis illustravit, disciplinam, ac doctrinam Christianam docuit, multa, & alta documenta præbuit ad perfectionem virtutis, & ad implendum prædicandi Evangelium ministerium.

Insuper honoravit Sacratissima Virgo præsentia sua visitans Carmelum, ut Sâcta Emerentia, Mater Sâctæ Annæ, Araque Sacratissimæ Virginis frequenter visitabat Carmelum, ut testatur Petrus porlanus apud Ludolphum de Saxonia in fine vitæ Christi. Trimerus de Scriptoribus Ecclesiasticis. Paleonidorus de antiquitate Ordinis Carmelitæ lib. 1. cap. 5. Josephus de Jesu Maria in Historia Virginis lib. 1. cap. 6. n. 4. quod faciebat. S. Emerentia ob magnas, & præclaras virtutes, quæ in filiis Prophetarum ibi, ut latè describit insignis Auctor Joseph. lib. 18. antiquitate. cap. 18 & post multa subdit, Quod ita resplendebant in omni perfectione, ac exercitio omnium virtutum perseverantes per multa tempora, ut superexcederet ceteras nationes. Similiter Plinius de eis agens lib. 1. naturalis Historia cap. 17. ait, Gens Sola, & toto Orbe præter ceteras miranda. Eusebius de præparatione Evangelica libro 8 cap. 4.

Sâctissima Virgo ex sua summa benignitate, ac clementissimo affectu in filios Eliæ, paternis inhærens, eximialque illorum virtutes honoraret, ac condecorare volens, ut magis in virtute crescerent, ac proficerent, Carmelum visitat, eis que suam saluferam benedictionem impendit, ut tutantur Joannes Grossus in suo Viridario clavi 1. Joannes de imento in Speculo Ordinis cap. 4. & canit Mantuan. in Parthenic. lib. 3. Adrianus Lyræ in Trisagio Mariano lib. 1. son. 15. Adrian. Michov. Carthag. Joseph. Ad. Armach. ex familia Prædicatorum Iulianus Michovienfis tom. 2. sup. Litan. Lawret discurs. 25 1. num 6. ex Seraphica M. Carthagenæ lib. 17. homil. 3. ex Sacra Societæ doctor Josephus Andreas decore Carmeli 11. Illustriss. Episcop. Armach. apud Vvaldenf. tit. 9. cap. 83. qui dictus Episcopus rectè considerat, quod Carmelitæ cum viderent Sacratissimam Virginem venientem ad eos ipsam exceperunt verbis S. Elizabeth, Unde hoc mihi, ut mater Domini mei veniat ad me.

Cur Carmelitæ Coadjutores Apostolorum essent profecturi per totum Orbem cum ipsis Apostolis, ut Sâctus Elpidius, & socii ejus cum S. Jacobo in Hispaniam, S. Enoch cum D. Marc. in Ægyptum, ut dixi supra q. 8. n. 176. Osculantes pedes Sâctiss. Virginis ipsa dedit eis suam benedictionem, quæ ipsis fuit tamquã fecundissimum germen ad

Marc. 6.

Isai. 11. Maria Virgo ad illuminandum...

212. Montis Carmeli magna opinio.

Joseph. Sueton. Tacit. laudib.

213. Preparat se Elias...

214. Dum Elias esset in vertice Carmeli...

3. Reg. 18. Revelatio Conceptionis.

215. Joann. Jerosol.

uberis fructus in praedicatione procreandos, & praesidium in omni labore, ac pressura, in omni necessitate, & angustia. Mittens Christus D. suos discipulos ad praedicandum...

QUESTIO. XII.

Expenditur visio Eliae in Monte-Carmelo.

Montis-Carmeli semper fuit alta, & sublimis opinio, ac veneratio illius excellentiae ob virtutem, ac probitatem morum habitantiu in eo non solum apud Hebraeos, sed etiam apud caeteras nationes...

Post peccatum sacrificium illud magnum, ac Releantiles errorum, ac malorum Magistros occisos, ascendit Elias ad verticem hujus sancti Montis Carmeli...

Dum Elias esset in vertice Carmeli, qui est contra mare dixit puero suo: Respice, & vide, an aliquid ascendat de mari, quod cum contemplatus esset per sex vices, & nihil videret, quod ascenderet...

Antiquissimus, & magnus Author Joannes Jerosolymitanus floruit anno 400. lib. de statu Monachorum...

& affirmant Episcopus. Armac. ferm. de Concept. & similiter rem explicant, & docent Vvaldens. tom. 3. de sacram. tit. 19. cap. 86 M. Carthagea tom. 4. homil. pro Carmelit. Petrus Ozeda in forma pro illibata Conceptione Virginis...

Ex nostro sacro Ordine omnes, qui scripserunt, & praeter Vvaldens. jam allegatum quinque citabo Doct. Joann. Bachon. in 4. dist. 2. q. 3. art. 1. M. Lezan. de Concept. c. 2. fol. 7 & 10m. Annalium ad ann. mundi. 4037. n. 8. M. Vvasta Vind. Mag. Daniel a Virgine Vinea Carmeli n. 7 & 230. M. franciscum Bonae Spei lib. de Concep. disp. 3. Praesupposit. 2. n. 130. & deinceps, & ego ipse tom. 1. in Evang. lib. 1. c. 3. q. 1. n. 5. & opusc. 3. resol. 1. q. 3. per totum. Rem tamen altius expendamus.

In septima autem vice ecce nubecula. Per illam septimam vicem significatur septem Spiritus dona quae in Virgine eminent, sed ante ipsam nubeculam, seu Virginem septem dona divini Spiritus apparent, quia prius fuit in illa gratia, quam natura, & Damascen. de Nativit. Virg. ait, Natura procedi non est causa, sed pars per expectavit, donec gratia, fructum suum peperisset ad hoc pertinet illud, quod dicitur in Psal. 77. n. 69. Edificavit sanctificum suum in terra, quam fundavit in sacula. Arabic. Hieron Chaldaic. Sanctuarium suum. Humanus artif. x in construendo aedificio prius cogitat de fundamento, & postea de tecto componendo: at in magno Mariano construendo prius ordinat illius Sanctuarium omni gratia, ac celesti dono deinde illius fundamenta ponit, ac creat, scilicet humanam naturam, in totum locum explicat D. Bonavent. in Speculo de Sanctiss. Deipara adducens etiam illud sanctificavit tabernaculum suum Altissimus, Psal. 45. n. 5.

Ecce nubecula, ecce rem grandem denotat, nubecula parva per humilitatem. Et cur Sanctiss. Virgo apparet in nube, cur non potius in nebula, vel radio? Joan. Jerosol. Quia prius dictum erat. Ecce gloria Domini apparuit in nube. Exod. 16. 10. quae tota in hac Mariana nube maxime resplendet. Ascendebat. Non ait, exibat, tamquam aliquid secum ferens de mari, sed ascendebat super omnem naturalem conditionem, Isai. 53. n. 2. Ascendet sic radix de terra sitiens quod de B. Virgine exponunt Procop D. Aug. Hieron quod ego sic explico ad nostrum intentum, ipsa deipara radix, ac mater Filii Dei, ac omnium ascendit de terra sitiens sicca absque aliquo terreno humore, nihil illius participans in sua Conceptione, sed super omnia ab illis libera accedebat de mari huius vitae peccaminose.

Mare salum est & amarum, Virgo rota suavis, & dulcis, & ita de ea canit Ecclesia, Mater misericordiae, vita dulcedo Unde de ea dicitur Cantic. 4. n. 11. Fatus affillans labia tua mel, & lac sub lingua tua, Ecclesiastic. 24. n. 27 Spiritus meus dulcis, Hugo, Pro omnibus exorans. Unde D. Ambrosius in Pl. 21. eam Manna appellans, ait. Quin potius ipsam Mariam

Armac. Vvald. Carthag. Ozeda. Agid. Lufite. Salazar. Escobar. Flores. Litius. Chryfog. Mera. Clichov. Michov. Joseph. Ande.

216. Vvald. Bachon. Lezana.

Vvastal. Bona. Specs.

217. In Virgine ne prius gratia, quam natura. D. Damasc.

Plal. 77.

Arabic. Hieron. Chald.

D. Bonavent. Plal. 45.

Joan. Jerosolym. Gloria Dei resplendet. in Maria Exod. 16.

219. Isai. 53. Ascendebat de sitiensi sine peccato.

220. Cant. 4.

Eccl. 24. Hugo. D. Ambrosius.

Maria veluti Manna.

221. D. Hier. D. Cyril. Alex. D. Ambrosius. Procop. Isai. 19.

Isai. 6. Virgo sine peccato originali, ac actuali.

222.

Eccl. 24.

Gracius. Pax vel de decoro.

Petr. Damian.

223. Chrysol.

Ezech. Deipara plus tenet, quam Sol, Luna, ac Stella. D. Bern.

224. Vestigium hominis Christi.

Mariam manna dixerim, quia est subtilis, & splendida suavis Virgo, quae vel de Caelo veniens, cum suis Ecclesiarum populis cibum dulciorem melle defluxit, tam in filio suo Iesu, quam in suis orationibus exorans pro omnibus nobis in omnium necessitatibus subvenit.

Mare grave, & ponderosum est, ipsa vero levis sine pondere peccati, & in hoc sensu D. Hieronymus D. Cyril. Alexand. Procopius, S. Ambrosius, in exhortatione ad Virginem intelligunt Isai. 19. n. 1. Ecce Dominus ascendet super nubem levem, & ingreditur Aegyptum. Per nubem levem intelligunt Sacratissimam Virginem levem sine pondere peccati, & in hoc sensu dicuntur etiam Sancti nubes, Qui sunt isti qui ut nubes volant Isai. 6. n. 8 utpote, non gravati sarcina peccati, ex quo profunde nota, quod Sancti semel dicuntur sine onere peccati, ut appellerentur nubes, at Virgo Maria bis semel in significato, quod denotat nubes, secundo dum exprimitur levis: Ascendet Dominus super nubem levem. Alii Sancti leves semel sine onere peccatorum actualium, at Sacratissima Virgo bis, sine onere peccati originalis, & actualis.

Mare tempestuosum n, & valde fluctibus agitatum est: at Sacratissima Virgo tota benigna, & pacificata, cum Deo, cum quo semper exiit in sua gratia, & pace, a primo instanti Conceptionis, & etiam cum hominibus, in quibus pacem, & omnem tranquillitatem procurat, & exoptat. Ecclesiastic. 24. n. 19. de deipara dicitur, Quasi oliva speciosa Gracius. Decorat in campis. Valde notum est, quod oliva tam secundum litteras Divinas, ac humanas, sit symbolum pacis, & cum Virgo hanc secum asporter se decoram exhibet, quod nomen sibi non appropriat cum dicitur Rosa Platanus, Palma, nihil magis decorum, quam pax. Dicitur in campis in plurali, quia ejus affectus quaerendi, ac sollicitandi pacem non in uno coarctatur, sed in omnes se extendit, ac exundat. Sic ait Petrus Damianus serm. 3 de Nativit. Virginis. Per Evam potus mortis porrigitur per Mariam vita, & pacis poculum exhibetur.

Mare tenebrosum, & obscurum est, Maria tota lucida, ac resplendens, hinc Sancti patres variis Epithetis celebrant, Chrysolippus Presbyter serm. de laudibus Mariae sic eam salutaris clamat, Ave fons lucis omnem hominem illuminantis. Ave Solis ortus, qui nullum ferre potest occasum. Ezechielis eam veneratus, ut Matrem lucis S. Thomas de Villanova Concione de Annuntiat. inquit Tolle Solem, quid est in Mundo nisi tenebra? Tolle Mariam ab Ecclesia, quid restat nisi caligo? De his Stellis, ac hoc Sole ad Mariam dirigens sermone pulchre loquitur D. Bernardus serm. 7. de Maria, dicens, In capite ejus corona stellarum duodecim, Dignum sane stellis coronari caput, quod ipsa longe clarior micans ornat eas potius, quam ornatur ab eis, quidnam coronant sidera, quam Sol vestit. Alta, & divina Providentia deipara apparet in apocalypsi 12. num. 1. Amicta Sole, Luna sub pedibus, & in capite ejus corona stellarum duodecim. Quae sunt magna Mundi luminaria, quia ipsa Deipara altius, ac sublimius fulget, & resplendet, & potius ipsa lumina illustrabat, quam ab eis exornaretur, Ipsa longe clarior micans ornat eas potius, quam ornatur ab eis.

Quasi vestigium hominis, et cujusnam hominis explicat D. August. serm. 201. de Tempore, ubi sic ait, Ne forte aliquis dubitet nubem illam vestigium hominis habuisse dixit illius utique hominis, qui dixit. Quem dicunt homines esse filium hominis. Semper deipara Christi vestigia est secuta, ille pu-

rus, & Sanctus per essentiam, & naturam, utpote verus filius Dei, illa vero sancta, & pura per gratiam & summam benignitatem.

De Sanctissima Virgine dicitur Ecclesiastic. 24. n. 14. Sicut plantatio Rosa in Jericho Ex Graeco legitur Sicut Achantus in Jericho; quae est herba ad Solem semper conversa, semperque ipsum sequens Beatissima Maria veluti Acanthus semper filium suum Solem justitiae sequebatur, & quocumque convertebatur ipse, illa adherenter ei inharebat

QUESTIO XIII.

Circa sacellum in Monte-Carmeli arguitur quorundam dicendi modus.

Non defuerunt, qui ita scriberent, Dicere oratorium in Monte Carmeli est quid fictitium, & sine fundamento. Recte scio, quod graves sunt Auctores qui non sequuntur historias prout habentur in Breviario v. g. prima die Maii in festo S. Jacobi in 6. Lectione dicitur, Unam scripsit Epistolam, quae de septem Canonicis est, tamen aliqui sunt Auctores, qui dicit scriptam a D. Jacobo Zebedaeo, seu ut dicitur Majori, ut Gaspar Sanchez, Jacobus Daza, Philippus Bergomensis lib. Supplementi ad annum. 4. Laurentius Ramires in Comment. Luitp. Sebastian Ferra 2. p. discurs. praedicat, & alii qui dicunt sanctum breviarium loqui juxta valde probabilem, & communem sententiam magnorum Auctorum, & ita reverenter loquuntur.

In Officio Beatissimae Virginis Mariae de Monte-Carmelo 16. Julii multipliciter ab Ecclesia Sancta approbato, ut dixi quae 2. & dicam quae sequenti in 4. Lectione ita habetur, Ut primi omnium in co-Carmeli montis loco, ubi Elias olim ascendente nubeculam Virginis typo insignem conspexerat, eidem purissime Virgini sacellum consecravim. Et cum ita sint, non defuerunt, qui affirmarent dicere Oratorium in Monte-Carmelo est quid fictitium, & sine fundamento. Qui sermo non solum mihi visus est durus sed etiam viris doctissimis, ac Religiosis, & multa cum admiratione, & quod ipsi dixerunt deus scit, & ego modestae causa subtaeco.

Tamen injuriam, quam in nos impingere intendunt, etiam in patrocinantes, ac approbantes retorqueri videtur, cum sacri apostoli praefate colligerent spicas in Sabbato videntes Pharisei accedunt ad Christum dicentes, Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere in Sabbato. Matt. 12. n. 1. quod ut expl. avi t. 3. in Evang. cap. 3. n. 27. & 30. juxta D. Chrysol. Bedam. Albertum Magnum, quod fecerunt non tantum, ut arguerent discipulos, sed ut calumniam retorquerent in Magistram, qui tanta patiebatur, ac permittebat in discipulis suis, & non increpat eos

Eodem maligno, ac perverso spiritu ducti accedunt ad Christum D. dicentes, Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem Seniorum non enim lavant manus cum panem manducant, Matt. 15. n. 1. D. Paschasius lib. 7. in Matth. sic ait, Mira Phariseorum, Scribarumque stulticia Dei filium arguunt, quoniam quidquid in discipulis reprehenditur ad calumniam Magistri insidiosae ab eis refertur. Cum Pharisei Christum aperte arguere non auderent, discipuli criminantur, ut eorum crimen in Magistram refundatur

225. Eccl. 24. Virgo adherenter Christum sequebatur. Gracius.

226. Aliquorum dictum.

Breviar.

Sanchez. Daza. Bergom.

227. Quae sunt in Breviario citata reverentia tractanda.

228.

Math. 12. D. Chrysol. Beda. Albert.

Error discipulorum arguuntur in Magistram.

229. Matth. 15. D. Paschasius.